



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Qui sint fructus co[m]munionis, & quid sequi debeat communionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

tiam hominum communicant, nihil proficiunt, nec ullum meritum habent. Quare accedendum est, non vt propria freti dignitate vel præparatione, putemus nos cōsecuturos pmissa, sed vt credamus remitti nobis peccata gratis propter Christum. Orationes autem, ieiunia, eleemosynæ & alia pia opera, quæ sunt de reuerentia Sacramenti, fieri quoque debent, licet ipsa promissio gratiæ non fiat propter illam nostram præparationem: nam in Christum transfertur tota causa remissionis peccatorum & vitæ æternæ: quæ sumptio illa signum quoddam & pignus certissimum illius beneficij Christi, quod per fidem accipitur. Nā qui sic cōmunicat, ille nō solūm accipit in os corpus & sanguinem domini, sed etiā credit verbo, quod corpus hoc traditum sit in mortem pro peccatis suis, & sanguis eius fusus in remissionem peccatorum, Mat. 26. & sic communicans, spiritualiter & corporaliter communicat: Verbo cui credit, communicat spiritualiter, & hæc potissima est communio: sed in os accipiendo corpus Domini, communicat etiam corporaliter, & fit vna caro cum Christo. de illa spirituali communione loquitur Christus, cū ait Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. de altera corporali loquitur, cū ait Matth. 26. Hoc est corpus meum, Accipite & comedite &c.

3. Tertiò Apostolus 1. Cor. 10. duplicem fructum exprimit communionis: quorum primus est, participatio & communicatio corporis & sanguinis Christi corpus & sanguis Christi fit nobis propriū, & totum quicquid ex illis meruit. Rom. 8. Qui dedit filiū, quomodo non omnia cū filio? Christi iustitia, sanctitas, sapientia fit nostra, 1. Corin. 1. Datus est nobis à Deo &c. E diuerso nostra peccata iniustitia & miseria fit Christi, qui illa omnia absorbet, tanquā seintillam ignis mare propter excellentiam sanctitatis ipsius, & sic gloriamur & viuimus in Domino nostro

Fructus
duplicis
primus.

Iesu Cl
schaff
miserij
munica
rum co
mus ta
Sathan
munio

Secu
10. con
dicit en
id est, e
sum C
dempt
vnum
vnum C
ritatis
ciunt
corpu
bra in
na De
uid Pl
te. Er
pes or
sic no
diabo
dem i
in Ch
bono
deber
remis
ceps
conu
cimu
inter
ne &

Iesu Christo: & ideò dicitur communio **gemeins**
schafft/ quia nos Christi bonis, & Christus nostris
 miserijs communicat, sicut membra corporis com-
 municant bonis capitis, & è diuerso caput membro-
 rum communione gaudet vel dolet: diuites igitur su-
 mus tanto Christi thesauro, & munitissimi aduersus
 Sathanam, infernum & peccatum per dignam com-
 munionem corporis Christi.

I I.

Secundus fructus est, secundum Apostolum 1. Cor.
 10. communio sanctorum omnium Christi fidelium:
 dicit enim, Qui de vno pane & calice participamus,
 id est, qui credimus in vnum Dominum nostrum Ie-
 sum Christum, & in eius mortem, quòd per illam re-
 dempti sumus: quotquot igitur nostrum sunt, omnes
 vnum corpus & vnus panis sumus: hoc est, quicquid
 vnus Christianorum habet bonitatis, sanctitatis, ve-
 ritatis, alteri communicatur, sicut racemi vnum fa-
 ciunt fructum, & grana multa vnum panem: igitur
 corpus sanctorum est per totum mundum, & mem-
 bra inuicem distribuunt & communicant dona & bo-
 na Dei, quæ Deus per illa operatur. Sic dicebat Da-
 uid Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium
 te. Ergo quoties communicamus, efficimur partici-
 pes omnium bonorum fidelium per totum mundum:
 sic nos iuuamus mutuis orationibus & suffragijs, ne
 diabolus nos illo thesauro priuare possit: & hic qui-
 dem ingens fructus est, vt quoties communicamus,
 in Christo maneamus, & participes fiamus omnium
 bonorum Christi fidelium. Postremò gratias agere
 debemus post communionem, quòd consecuti simus
 remissionem peccatorum, & bona operari, ne dein-
 ceptis vitijs iterum inquinemus corpora nostra iam
 coniuncta & insita Christo: denique quia omnes effi-
 cimur membra vnus corporis Christi, ideò debemus
 inter nos coniuncti ac pacifici esse mutua dilectio-
 ne &c.

C C 5

C A.